UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

nepos ex filio continetur, etiam propriè loquendo,
uel ſecundum aliquos ſaltem ex impropria ſignifica-
tione, & ex quadam interpretatione extenſiua.l.libe
rorum.cum ibi plenè not.per Bart.ff. de uerbo. ſigni-
ficat.ex quibus ſequitur, ꝙ ſtipulatio, & conceſſio fa
cta etiam reſpectu Philippi valuit, & ex illa ipſi acqui
8 ri potuit.¶ Præterea † ex quo in caſu noſtro Ventura
ſciuit Philippum non eſſe filium ſuum, ſed nepotem
ex filio,& ipſum nominauit filium fortè ob amorem,
quo illū proſequebatur, ꝗa filos græcè dicitur amor,
ut in d.l.liberorum. ibiq; Bar.ob hoc diſpoſitio reſpe
ctu ipſius Philippi uitiari non debet,arg.d.l.nemo.in
fi. & ita eſt de mente gl. in d.l. falſa demonſtratio. cū
qua doctores,& maximè Bar.in d.l.demonſtratio per
tranſeunt. & hoc etiā expreſsè uoluit Ioan. de Imol.
in d.l.nemo.in gl.fi.ubi ſecundum ipſum conſtare, &
probari dicitur, quòd ſciuerit illum non eſſe filium,
ſeu fratrem ſuum,ſi probetur,quòd erat publica uox,
& fama ī uicinia, quòd non eſſet eius filius,ſeu frater,
nam propter hanc publicam uocem,& famam diſpo
nens præſumitur ſciuiſſe illum non eſſe filium,ſed ne
potem,argumēto eorum, quæ uoluit gl. in l. ſi tutor.
C.de pericu.tut.& Bar.in l.is pōt.ff. de acquir. hæred.
& per id,quod habetur,in c. 1. extra de poſtula. præla.
Probatur etiam ipſum ſciuiſſe,illum nō fuiſſe filium
ſuum, ſed nepotem ex aſſidua conuerſatione, quam
Ventura cum dicto Philippo, ſicut cū aliis filiis ſuis
habebat per ea,quę not.dixit Bal.in l.quoties.in prin.
& ibi refert,ac ſequitur Ioan.de Imol.ff.de hæred.in-
ſtit.per l.tutela.C.de reſtit.in integr.& l.octaui.ff.un-
de cogna. cū igitur Ventura ſciuerit Philippum non
eſſe filium,ſed nepotem, & pro ipſo ſub demōſtratio
ne filiationis fuerit ſtipulatus,ac de corpore conſtite
rit,quia non fuit erratum in corpore,ſed ſolum in de
monſtratione, quæ tamen aliquo reſpectu uerificari
poteſt,ut dixi,ſequitur,quòd conceſſio, & locatio ēt
9 reſpectu Philippi ualuit. ¶Rurſus † ſi pſupponamus
Philippum fuiſſe filium Venturæ, prout in ueritate
fuit, & in dubio eſt præſumendum, ex quo ſic in pri-
mo,& in ſecundo locationis,ſiue cōceſſionis inſtru-
mento iurato nominatus fuit,pro quo in dubio præ-
ſumitur,& cui ſtandum eſt,iuxta ea, quæ habentur in
l.cum precibus. C. de probatio. & in c.cum Ioannes.
de fide inſtrum.ex quo Ventura fuit pro ſe,& pro Frā
ciſco,Philippo,& Gaſpare filiis ſuis ſtipulatus, ipſi fi-
lij poſt mortem Venturæ ordine ſucceſſiuo in uirili-
bus,& non pro hæreditariis portionibus uocati cen-
ſentur,cum ſimus in iis rebus, quæ ſui natura non trā
ſeunt ad hæredes,ut hæredes,ſed ad ipſos,ut ad filios,
uidelicet in rebus eccleſiæ ad lōgum tempus locatis
ad ea, quæ habentur in capit. in præſentia.de proba.
& per Bartol. quem alij communiter ſequuntur in l.
gallus.§.quidam rectè.ff.de liberis,& poſthumis.in l.
patroni.ibique Alexand.ff.ad trebellianum.& in l. ut
iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de operis libertorum. & tan
to magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro,ex quo Frā
ciſcus, Philippus, & Gaſpar poſt mortem Venturæ
fuerunt dicta bona ſimul, & ſic uiriliter ſtipulati, &
conduxerunt, prout à principio ipſis fuerant acquiſi-
ta mediante ſtipulatione Venturæ eorum patris, per
quam acquiſitionem, & ſtipulationem poſt mortem
Venturæ per ipſos factam cenſentur ratificaſſe id, q̄d
à Ventura ipſorum nomine factum fuit: & ideò eo
modo, quo per Venturam fuerat ipſis prouiſum, di-
citur illis poſt eius mortem acquiſitum per ea, quæ
uoluit Alexand.poſt Bartol.in l.ſi mihi, & titio.ff. de
10 uerborum obligatio. Si uerò † præſupponamus Phi-
lippum fuiſſe nopotē Venturæ natum ex Franciſco,
ueluti aduerſarij aſſerunt, tunc ipſe Ventura ſtipulā
do pro ſe, & pro Franciſco, & Gaſpare filiis, ac pro

Philippo nepote ex Franciſco, dicitur his ...
bona acquiſiuiſſe ordine ſucceſſiuo, ut primo ...
tur acquiſita Venturæ, deinde filiis Venturæ ...
nepoti Philippo, qui in locum Franciſci ...
bet admitti, & uocari ad portionē patris ...
locum ſucceſſit, ſeu ſuccedere debet, ut ...
Alexand. & cōmuniter alij, in.d.§. quidam ...
propriè formant quæſtionem, quando pa...
tus fuit emphyteoſim eccleſiaſticam pro ...
nepotibus ſuis, & concludunt, filios poſt ...
tris, & poſt filios nepotes in ſtirpes admi...
parentum ſuorum decedentium ſuc...
notabiliter voluit Angelus, & Ioannes ...
Alexan. Negari igitur in caſu noſtro nō ...
Philippus ſaltē admitti debeat ad illam p...
ad quam pater eius Franciſcus fuerat uo...
eſt ad dimidiam, cum ſecundum aduer...
tantum eſſent filij Venturæ, & ipſe Phi...
rit de expreſsè uocatis, qui ſi ut nepos Ve...
te Franciſco eius patre, nō potuit de iure ...
tem poſt eius mortem admitti debuit per ...
lunt Bartol. & alij in d. §. quidam rectè. & ...
te ſcribentium, maximè Imol. & Alexand ...
11 in l. quòd dicitur. ff. de verborum obligatio ...
uis doctores in locis præallegatis loquantur ...
phyteoſi, tamen idem eſt in locatione ad ...
vitam, ſeu in primam, & in ſecundam gene...
facta, quia talis eſt ſimilis locationi in emph...
& ad illius inſtar, unde ita dicitur ſapere ...
ſicut emphyteoſis, iuxta text. cum ibi nota...
plenè dixi in c. nulli. de rebus eccleſiis non ...
habetur per Bartol. in authen. quibuſcum...
ſacroſanctis eccleſ. glo. in clemen. 1. de ...
non alienan. in §. perpetua. 10. quæſtio ...
ſi quas. C. de ſacroſanct. eccle. & per Abbatem ...
peruenit. in 2. colum. extra de arbitris, & ...
d. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legatis ſecun...
¶ Et ex prædictis colligitur reſponſio ad ea, ...
mo loco in contrarium adducta fuerunt. ...
ſtat id, quod ſecundo loco dicebatur de ...
ter ipſos Franciſcum, Philipum, & Gaſpare ...
12 quia † reſponſio colligitur ex iis, quæ ...
quem doctores communiter ſequūtur in ...
tres. in 10. quęſt. nam fratres per diuiſionem ...
ad portiones ſuas non præiudicarunt, ut ...
ſiam reuerſæ dicantur, nec quoad portion...
deficientium, ut ibi latè volunt doctores ...
ter poſt Bartol. quos aliter non refero. Et ...
ad fauorem Philippi concludendum eſt, quod ...
tanquam frater Gaſparis, prout in ueritate ...
frater, uel ſaltem tanquam nepos Ventur...
ex Franciſco ſit ad dicta bona unà cum Gaſ...
mittendus. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Qualitas adiecta uerbo, debet ſecundum tempus uerbi ...*
2 *Ex perſona defuncti, vel alterius, cui ſucceſſit, ...*
iure illius, cui ſucceſſit, uti.
3 *Statutum ſuper aliquo diſponens, & aliquam præſuppo...*
litatem, illa qualitate non concurrente, locum non ha...
4 *Priuilegia, & immunitates ſimpliciter alicui conceſſa, ...*
ceſſæ ad hæredes non traſeunt.
5 *Priuilegium conceſſum à non habente ius ſtatuendi non ...*
6 *Nullitas nulla maior eſt illa, quæ ex defectu iuriſdictionis, ...*
competentiæ reſultat.
7 *Contractus, & pactum regulariter ad hæredes tranſeunt, ...*
tacitè, uel expreſsè ſint perſonalia.
8 *Conductio, ſiue locatio facta pro ſe, & alio quocumque ...*
minando, uel ſubrogando, niſi aliquis fuerit nomina...
ſubrogatus, cum perſona conducentis finitur.

9 *Locatio facta alicui quando dicatur perſonalis, ut ad hæredes non tranſeat, ſed conductoris morte finiatur.*

10 *Statutum loquens de prædijs ruſticis, & urbanis locum non habet in artifice conducente domum, ſeu apothecã ad uſum artis ſuæ.*

11 *Prædiorum urbanorum appellatione non comprehenditur ædificiũ quod ad habitationem non ſit deputatum.*

12 *Locatio, in qua uidetur electa induſtria perſonæ conducentis, non tranſit ad hæredes, nec renouata dicitur pro eodem tempore, ẽt ſi hæredes per aliquos annos penſionem ſoluendo in conductione perſeueraſſent.*

EPITOME.

Statutum ſocietatis aliquorum artificũ diſponẽs, q̄ ſi quis artifex deſcriptus in ea ſocietate, uel illi obediens conduxerit aliquam apothecam ad uſum eius artificij, nullus de ſocietate prędicta poſſit illam incãtare, ſeu conducere, locum non habet in locatione facta alicui etiam artificis illius artis, & ad uſum dictę artis conducenti pro ſe, & alio quocunque ab eo nominando ſeu ſubrogando, qui tunc nõ erat in ſocietate prædicta deſcriptus, nec illi obediens: & eo mortuo abſque alicuius nominatione, ſeu ſubrogatione facta, is, q̄ in eius locũ ſucceſſit, licet ipſe ſit artifex in dicta ſocietate deſcriptus, tamen uirtute dicti ſtatuti nõ poteſt impedire, quia apotheca defuncto ut ſupra locata poſſit alteri in dicta ſocietate deſcripto locari.

Locatio domus, ſiue apothecę facta alicui ut artifici, & ad uſum illius artis non tranſit ad hæredes, nec renouata cenſentur etiam ſi hęredes penſionẽ ſoluẽdo in ea perſeuerauerint, neque comprehẽditur ſub ſtatuto diſponẽte, q̄ prædium ruſticum ſiue urbanũ cenſeatur finito tempore locationis reconductum, niſi ante finem locationis per tres menſes proteſtatum fuerit.

CONSILIVM CXXXIII.

IN cauſa magiſtri Andreę contra Ioannem Franciſcũ de Puteo profumerium duo inter alia ad fauorẽ magiſtri Andreæ principaliter adducũtur, primũ uidelicet ſtatutum artis & ſocietatis merzariorum, quo cauetur, q̄ ſi merzarius, q̄ ſit ĩ ſocietate merzariorũ deſcriptus, uel ipſi ſocietati obediens, conduxerit aliquã apothecam ad uſum merzariæ, nullus de ſocietate prædicta, uel ei obediens poſſit illam incantare, ſeu conducere ſub pœna. Secundũ eſt ſtatutũ de pœna uendentis rem alienã in §. præterea. quo cauetur, quod prædiũ ruſticũ, ſiue urbanum cẽſeatur finito tempore locationis reconductum pro eodem tempore, & ijsdem pactis, niſi ante finẽ locationis per tres menſes proteſtatum fuerit &c. Quæ duo contra dictũ Ioannẽfranciſcum prima facie multum facere uidẽtur. ¶Sed recte intuentibus prædicta Ioannifrãciſco minimè obſtant, quin ad eius fauorem ſit iudicandũ, ipſi impunè licuiſſe dictam apothecam cõducere, & in primis ſtatutum dictæ ſocietatis merzariorũ ipſi IoanniFrãciſco non aduerſatur, quimmò pro eo facit, quoniã requirit, q̄ apotheca fuerit conducta per eum, qui in ſocietate merzariorũ eſt deſcriptus, uel qui illi ſocietate fuerit obediens, & hęc qualitas, q̄ fuerit deſcriptus, uel obediens, requiritur eo tẽpore, quo locatio,
1 & cõductio facta fuit, quoniã † qualitas uerbo adiecta debet ſecundum tempus uerbi intelligi l. in delictis. §. ſi extraneus. & ibi Alex. ff. de noxal. & l. titius. ff. de milit. teſta. Requirebatur ergo in caſu noſtro, q̄ Baptiſta, cui magiſter Andreas ſucceſſit, tempore, quo dictam apothecam conduxit, fuerit deſcriptus, uel obediens, ſed ipſe tunc non erat deſcriptus, neque obediens, ut probatum fuit ex productione rogitus notariorum dictæ ſocietatis, & ex teſtibus examinatis, qui optimè concludunt, cum deponant illum nunquam fuiſſe deſcriptum in matricula, nec in libris obedientium iuxta ea, quæ habentur per Docto. in c. quoniam contra. de probat. ergo &c. Nec obſtat, q̄ magiſter Andreas tanquam obediens dictæ artis ſol uerit ratione cuiuſdam alterius apothecę, quia reſpõ
2 detur, † q̄ quoad apothecam, ſuper qua lis pẽdet, magiſter Andreas non dicitur ex perſona ſua, & ex ſua cõductione uenire, ſed tanquã hæres Baptiſtę eius fratris, & ſic tanquã repręſentans perſonã Baptiſtæ iuxta tex. in authen. de iureiur. à mor. præſti. & ideò debet uti iure Baptiſtæ, in cuius locum ſucceſſit. c. ſanè. de offic. deleg. l. pro hęreditarijs. ff. de hęredi. actio. & l. fi. C. de iure deliberan. cum ſimilibus, quo fit, ut cum dictus Baptiſta non potuerit beneficio ſtatuti merzariorũ uti per prędicta, nec magiſter Andreas, qui in eius locum ſucceſſit, poſſit illo uti, quod autem Baptiſta non potuerit uti, cõſtat, quia is non erat deſcriptus, neque obediens tempore, quo conduxit, & ſic in eo tunc temporis illa qualitas ſtatuti non reperie-
3 batur, & † ubi ſtatutum ſuper aliquo diſponit, & aliquam pręſupponit qualitatem, non habet locũ eius diſpoſitio, niſi etiam qualitas illa concurrat Paul. de Caſtro in l. cogi. C. de petitione hæredita. l. prætor. §. docere. ff. qui bonorum raptorum. l. fulcinius. §. 2. ex quibus cauſis in poſſeſſio. eatur, & ibi Bartol. & Paul. de Caſtro in l. ſi per alium. §. docere. ff. ne quis eum. qui in ius uoca. ui exi. ¶Priuilegia etiam, ac immunitates conceſſa, & conceſſę dicto Baptiſtæ parum, uel nihil ad fauorem magiſtri Andreę faciunt, tum quia conceſſa fuerunt reſpectu apothecę iuxta muros palatii, & non generaliter reſpectu apothecarum aliarum ad exercitium merzarię, ſeu profumarię deputa
4 tarum, tum quia † illa priuilegia, & immunitates ſimpliciter dicuntur conceſſa, & conceſſæ dicto Baptiſtæ, & non hęredibus illius, quo in caſu ad hæredes non tranſeunt, ſed cum perſona Baptiſtæ finiri dicuntur, ut eſt text. in l. 1. §. fin. ff. de iure immunita. cum ibi not. Priuilegium quoque conceſſum à dominis Gonfalonerijs, & maſſarijs artium minus facit
5 ad fauorem magiſtri Andreæ, † quoniam ipſi domini Gonfalonerij, & maſſarij ius, & poteſtatem ſtatuẽdi, ſeu faciendi ſtatuta non habent, nec poteſtatem derogandi ſtatutis artium, & ciuitatis Bononiæ habere dicuntur, quoniam hoc ius, & hæc poteſtas penes dominum Gubernatorem unà cum Magnificis dominis Quadraginta uiris reſidet, ergo talis immunitas, & conceſſio facta per dictos Gonfalonerios, & maſſarios non ualet ex defectu iuriſdictionis, & poteſtatis. cap. 2. de conſtitutionibus. in 6. & l. extra territorium. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. & l. fi. C. eo.
6 tit. † Nulla autem maior eſt nullitas, quàm illa, quæ ex defectu iuriſdictionis, & incompetentię reſultat. l. fin. C. ſi à non compete. iud. & not. in clemen. 1. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. ¶Non obſtat aliud ſtatutum de pœna uendentis rem alienam in §. pręterea. quia re-
7 ſpondetur, † quòd licet regulariter contractus, puta locationis, & alij ſui natura ad hæredes tranſeant. l. ſi pactum. cum ſimilibus. ff. de probation. tamen hoc fallit, niſi contractus, ſeu pactum ſit perſonale, puta quia expreſsè, uel tacitè actum dicatur, ut perſonam contrahentis non exeat, & ad hæredes non tranſeat, quoniam pactum perſonale cum perſona finitur. l. iuriſgentium. §. pactorum. l. idem. §. perſonale. ff. de pactis. & tacitè apparere dicitur, quando quomodocunque poteſt colligi; mentem contrahentium fuiſſe, ut pactum ad hæredes non tranſiret, ut in dictis iuribus cum ibi not. In caſu autem noſtro
8 hoc ſatis colligitur, † quoniam Baptiſta conduxit pro ſe, & alio quocunque ab eo nominando, ſeu ſubrogando. Sed quoad ſe locatio dicitur finita, quia mors omnia ſoluit. §. deinceps. in authen. de nuptiis.

item ex quo alius non fuit nominatus, nec ſubrogatus, ẽt quoad alium, qui non fuit noĩatus, nec ſubro-
9 gatus, locatio finita eſſe dicetur, & † ꝙ huiuſmodi locatio in caſu noſtro facta Baptiſtæ ut probo uiro, & merzario Bononienſi dicatur perſonalis, ac morte ipſius finita, nec ad hæredes ſuos tranſeat, taliter ꝙ in illa locum non habeat ſtatutũ huius ciuitatis loquẽtis de renouatione, ſeu conductione tacita, demonſtratur ex ijs, quæ in terminis uoluit Alex. in cõſi. 106. incip. in cauſa ſtrazarolorũ. col. 7. in uer. tertiũ eſt fundamẽtũ. lib. 3. aliàs in nouis eſt conſi. 105. & incip. Magnificæ prætor, ubi uoluit, ꝙ quando aliquis artifex domum, uel apothecam ad uſum ſuæ artis conducit & ipſi ut artifici illius artis fuit locata ſimpliciter ſine expreſſione hæredum: tunc talis locatio dicatur perſonalis, & morte ipſius conductoris finiatur, nec ad hæredes tranſeat, & conſequenter non poſſit dici renouata, ſeu reconducta ex diſpoſitione dicti ſtatuti,
10 quoniam † ſtatutum loquẽns de prædijs ruſticis, & urbanis locum non hẽt in hoc caſu, uidelicet in artifice cõducente domũ, ſeu apothecam ad uſum artis ſuę: tum quia talis locatio cenſetur facta artifici ꝑꝑ induſtriã ſuę perſonæ, & iõ morte illius finitur, argu. l. inter artifices cum ſi. alleg. per Alex. in d. cõſi. ff. de ſolu.
11 tũ quia † appellatione prædiorũ urbanorũ nõ cõprehenditur ædificium, quod ad habitationẽ non ſit deputatũ, ut uoluit Bar. in terminis. in l. ſeruitutes. la 3. ff. de ſeruit. & gl. in l. hoc iure. §. ſtabula. ff. quib. mod. pign. uel hypot. taci. contrah. & do. Barthol. Veronẽ. ĩ tract. de ſeruit. urban. prædio. in 11. cap. ſub tit. de ſeruit. urban. & ruſt. & no. per gl. in l. urbana prędia. ff. de uerb. ſign. Sed huiuſmodi apotheca non eſt ad habi-
12 tationem apta, nec illi connexa, ergo &c. Item † locatio iſta de apotheca facta fuit ad uſum merzarię, & ipſi ut merzario, ut in inſtrumento habetur, ergo tanquam fuerit electa induſtria perſonæ ſuæ, locatio dẽt dici finita, & ad hæredes non dicitur tranſire, ut ꝑ eodem tẽpore renouata dicatur, quia ſtatutũ ciuitatis non dicit aliquid in contrarium, nec diſponit in caſu noſtro, ut dicit Alex. in d. conſi. col. 8. ibi nec ẽt obſtat ſi dicatur, quinimmo Alex. in d. conſil. loquitur ẽt in caſu, quo poſt mortẽ conductoris hæredes ſui per aliquos annos penſionẽ ſoluiſſent, qm̃ tunc ẽt illa locatio, quæ ipſi cõductori artifici facta fuerat, dicetur eſſe finita, & non ad hæredes tranſiuiſſe, ut ibi, & ſi hæredes penſionem ſoluerunt, & in conductione perſeuerauerunt, dicuntur ſoluiſſe, & perſeueraſſe tanquã ex noua locatione eis tacitè facta, & nõ ex illa prima. arg. l. ſtipulatio. iſta. §. ſi quis. ita ſtipulatus. ff. de uerb. oblig. & ex his ad fauorem Ioannisfranciſci omnino iudicandum fore exiſtimo. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Stante ſtatuto, quòd tutores, & curatores non poſſint res illorum quorum negotia gerunt, ultra triennium locare, niſi certa forma ſeruata, negotiorum geſtor rem communem cum minore habens ſi illam non ſeruata dicta forma ad ſeptennium locauerit, locatio quoad partem minoris ipſo iure non ualet: illique nec minor nec eius hæres ſtare tenetur.*

Idem ſi tutor, & curator, qui etiam eſſet pater, talem locationem faceret, nu. 3.

2 *Forma non obſeruata, actus eſt ipſo iure nullus.*

4 *Prohibitio, quòd res minoris non poſſit alienari, uel locari, uel aliter obligari, locum habet etiam in re, quam minor cum alio cõmunem haberet.*

5 *Ratificatio minoris non conualidat actum, ut cum ſolemnitate requiſita factus dici poſſit.*

6 *In ratificatione eadem ſolemnitas requiritur, quæ in ipſo actu.*

EPITOME habetur ſupra in ſummario num. 1.

CONSILIVM CXXXIIII

REVERENDE D. Iudex, in cauſa D. Ca[...]
redis Baptiſtæ de Bonaccurſijs e[...]
bitari intelligo, utrum locatio fa[...]
tenniũ per Dominicũ patruum [...]
ptiſtæ, quoad partem ipſius Baptiſtæ ualuer[...]
iudiciũ ſuum, ſuiq; hæredis, ex quo Domini[...]
cõem locauit, & ipſe negotia familiæ, & d[...]
bat, & breuiter concludendo iuris clariſſim[...]
1 ſeo, † ꝙ quoad partem Baptiſtæ locatio ip[...]
ualuerit, & illi hæres eius D. Camilla ſta[...]
tur, quoniam ex quo Baptiſta tempore [...]
nis erat minor decem & ſeptẽ annis, [...]
& octo, locatio de bonis ipſius ab ipſo B[...]
à curatore ſuo, & ſic à legitimo admini[...]
non potuit, niſi certa forma ſeruata, cum [...]
ultra triennium, & hoc per ſtatutum de co[...]
cum minoribus &c. in §. adiungentes. ẽt in[...]
Iominus. &c. ubi tutores, uel curatores, q[...]
adminiſtratores eſſe, & maiorem dicũtur [...]
miniſtrationẽ, quam ſimplices negotiorũ [...]
ut clarum eſt, non poſſunt res illorũ, quor[...]
gerunt, ultra triennium locare, niſi certa form[...]
ta, hoc eſt cum decreto iudicis, & cũ pręſen[...]
perſonarum, de quibus in dicto ſtatuto, alio[...]
2 catio eſt ipſo iure nulla, quia † forma non ob[...]
actus eſt ipſo iure nullus. c. cum dilecta. de re[...]
materia. & l. iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad ex[...]
ſi. Sed hęc forma non fuit in caſu noſtro [...]
ergo &c. Nec obſtat, ꝙ locatio facta fuerit à D[...]
co negotiorũ domus geſtore, itẽ de re cõi, [...]
locationẽ ab initio nullam conualidare n[...]
3 quoniam † & ſi tutor, uel curator, qui ẽt eſſ[...]
pilli, uel adulti, qui legitimã dicitur haber[...]
ſtrationem iuxta l. fi. C. de bonis. quæ lib. [...]
faceret locationem ultra triennium de re[...]
li, uel adulti, cuius negotia gereret, locatio [...]
nitate, & forma requiſita non ualeret, ut in d[...]
& argu. tex. ubi caſus. in l. ſi pupillorũ. §. ſi pat[...]
rebus eorum, ergo idem, & magis dicẽdũ [...]
plici negotiorum geſtore, qualis erat dictus D[...]
cus patruus, cum maiorem ipſe poteſtatẽ, & [...]
ſtrationẽ non habeat, quam alij legitimi ad[...]
tores, ut tutores, & curatores, atq; parentes, [...]
haberent duplicem legitimam adminiſtrã[...]
delicet ut parentes, & ut tutores, uel curatores, [...]
hmõi locationem facere non poſſunt, ut [...]
4 Præterea † prohibitio, quę fit de re minoris, ut n[...]
ſit alienari, uel locari, uel aliter obligari, loc[...]
etiam in re cõi, quã minor cũ alio cõem habe[...]
in l. qui neque. in fi. ff. de reb. corũ. ¶ Non ob[...]
ctus Baptiſta tacitè uideatur ratificaſſe, faciẽ[...]
ex quibus tacita inducitur ratificatio, quod [...]
ſufficere. l. paulus. ff. rem rat. hab. cũ ſim. Qu[...]
detur hoc non ſufficere in ijs, quę pro forma [...]
5 tur, † quoniam & ſi per tacitam ratification[...]
ſit dici Baptiſtam dictæ locationi conſenſiſ[...]
men ex hoc dici põt, formã, & ſolemnitatẽ [...]
requiſitã fuiſſe obſeruatã, quæ debet ſpecifi[...]
rè, & non tacitè, nec per ęquipollẽs adimple[...]
cludunt doct. oẽs, ibiq; Alex. in l. 1. ff. de li[...]
6 qui plura allegant. Præterea † quãuis ex taci[...]
tione Baptiſta dicatur confirmaſſe, tamẽ hoc n[...]
cit, ubicunq; aliquid pro forma requiritur, q[...]
firmatione, & ratificatione, quæ fit expoſtfacto, [...]
forma, & ſolẽnitas requiritur, quæ ab initio re[...]
batur, ſi actũ feciſſet l. 2. in fi. ff. de reb. cor. & ha[...]
in l. fi. C. ad maced. Nõ obſtat ſtatutũ prædictũ [...]
tractibus cũ minoribus &c. ĩ §. de his minoribus [...]
excipiunt minores, qui pro maiori parte tpis [...]